…us

…e Matthiae: Oculus onomasticus seu Nomen Ophthalmicum adm. R. P. fr. Greg. [illegible]


Biblioteka Jagiellońska
stdr0000284

OCVLVS ONOMASTICVS
Seu Nomen
OPHTHALMICVM.

ADMODVM R̄ENDO PATRI,

Fr. GREGORIO SOLECIO

Conuen: Crac. S. MARIÆ Carmelitar: in Arenis PRIORI Vigilantiſsimo, ac in alma Acad: Crac: Sacræ Theol: Licentiato

Dum eiusdem Facult: Theolog: inſignia capeſſeret,

Amoris & beneuolentiæ ergo

DDD.

A

MATTHIA BVRSZOWIC

Art: & Philoſophiæ Baccalaureo.

Anno quo

Ore DoCenSOCVLVS IVſtè CeLebratVs es O R I S.

PerbeLLè SaCro fronDe VIrente GREGI.

CRACOVIÆ, Apud Valerianum Piątkowſki.

68

Exigui donum pro strena mitto laboris

1629

IN STEMMA Religionis.



Æstus propellit, nimbos propellit, Olympus
Et rigidi pellit tempora dira gelu
Carmelum quis non hæc dicat pellere ę cernat
Cum stellis celebrem, Sanguineaq; cruce?
Est nimbus Dæmon, hyems mundus πῦρ caro, pellit
NimbumCrux, hyememSydera, monsq; πυρα
Quisquis aues igitur cunctas superare procellas
Montem Carmeli Scandite tutus eris.

PRÆFATIO.

RR. PP. ac FF. Conu. Crac. Salutem.

E Vestri nomine Doctoris PP. Fratresq; RR. pullulantem oculum in ore cui potius quam vobis consecrem? Felix casus dicendus qui è Gregorio, è Solecio, in adeo iucundam abijt Anagrammaticam Methamorphosim. Nec noua ista Miracula miratus orbis id in vestræ Religionis Antesignanis, Elia, Elisæo. cæterisq; filijs prophetarum. Quod enim symbolum aptius Prophetæ quàm oculus Gregi in ore vtrumq; coniunxit & os, & oculum, qui dixit, Os iusti meditabitur sapientiam. Oculus ergo in ore seu potius oculus oris vester Doctor. Non solùm iam virgam super vos vigilantem, Sed os peruigil ego video. Non iam miretur vetustas fabulosa pomorum a Dracone excubias. Ipsa enim hic pro tentorijs vestris, excubat; sapientia. Noli timere pusillus grex hoc Adstite, hoc custode. vestri enim Doctoris peruigili studio seruabimini. Quàm pulchra tunc tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel! Non enim solus


hic

hic oculus arbiter tutelæ. Stellas pugnantes in ordinè pro vobis ego video. Excubat pro foribus Conuentus Vestri Augustißimá stella maris vigilant Ignei custodes Elias ac Elisæus. Si Domina vobiscum Si ignei protectores si oculi per vigiles in ore. Quis contra vos. Ast tu Gregori, macte animo, magna illa magni Gregorij vestigia viribus ingenij complectere. Hoc ducente hoc lucente. Doctor eris, Magnus eris. Trismegistus eris. Quod in te conuentui tuo, Gregi, ac Religiòni peroptamus, Fiat.



GREGORIVS SOLECIVS
Anagrammatiſmus
GREGI ORIS ES OCVLVS.

GRaminei quoties viridantia iugera Mago G
GR ex petiit, Paſtor, toties moderamine Sole Rs
SpE ctans errantem, collegit voce SerEnâ
Gor G oneâue, vagū mox agitans pera Grū
AdflO rens opulentis, apr Iciue
Prati R educit pr O ſperè
Gramē, In manus R egēdo
Strictæ Voce ſ I bilante
Pauitque S ic gregem?
An quis t E bonu S aſtruat
Eſſe Pa S torē mnē pr O bandum?
Quē nOn ī viridē Magog ageLlum, &
Loci C omantis ſcimus, aſt ad exc E lſum
Aru V m ſtelligeri ducere dum do C eas
CæLi voce, doces nam rectæ lumine v I t æ
QVis dubitabit adhuc? ē ORIS ES OMMA decorVm
Solque GREGI, docet hoc, nomē, docet actio præſenS?





Iob. 16, *Es oculus.*

Ad Deum ſtillans,

AD ſummum ſtillare Deum, quis te neget ora,
Dum σοφίαμ, ſtillans factus es ομμα Dei

Iob. 26. *Es oculus Cæcis.*

ORe doces, factisque doces vtroque docendo
Es cæcis oculus, luxque, decusque tuis.

Pſal. 122. *Es oculus in manibus Dñæ.*

CArmeli Dominum, Vocis dum luce decoras
In manibus Dominæ, nonné ſies oculus.

Tob. 11. *Es oculus felle linitus.*

PLurima ferre iuuat. Tu cum Sapiente Tobia
Fers, ſapis en oculus felle linitus eris.

Reg. 14 *Es oculus melle illuminatus,*

MEL cupis, aſt rigido, datur hæc dulcedo labori,
Mel tibi mi Ionatha, cum ſapis, eſt oculus

Prou 1. *Ergo fruſtrà iacitur rete.*

ES ſtillans oculus cæcis es melle linitā
In manibus Dominæ, felleq́ue, lux σὸφίας
Fallax̄ ergo tibi cunctoque quis aſtruat hoſtes
Vafros non fruſtra tendere rete Gregi.

Es oculus oris.

In quo omnis labor. Eccle. 9.

ORis cur oculum te dicam? tradere Plebi:
Ore tibi lucem, nam labor omnis ineſt.

In quo examen apum.

CVnctis ore Dei radiantia verba diſerto Iudic. 14.
Dans examen apum, reddis ab ore tuo.

Cuius Spiritus Christus.

ORis nonné nitens, oculus dicendus es? almum Thim. 4.
Cuius amans Chriſtum Spiritus ore refert.

Bonum lex oris verbi.

ES geminant oculus facundi lucidus oris, Pſal. 113.
Namq́ue tuo verbi lex ſonat ore bonum.

Oſtia circumſtantiæ. Prou. 15.

Oſtia

OStia circumstant oris moderamine verba
Ergone non oculus, prouidus oris eris

Pro 15. *Ergo lætare in sententia oris,*

ESt labor, est examen apum, Christus quoq; totus
Est custodia, Lex oris, in ore tuo
Themmate doctrinæ, quare læteris in oris
Dum fias oculus, lucidus arte sacra.

Es oculus oris gregi.

De Primogenitis.

HEliæ lucens oculus prudentis es oris
Quem genitum primo tradit ouile Gregi

Cum canibus gregis Dei.

Iob. 30. QVis gregis esse Canes Diuini deneget? At tu
Cum canibus multis, oris es ὀμμα Gregi.

Pusilli.

ORis es irradians oculus, sed nonne pusillum
Carmeli recreant, quem iuga celsa, Gregem.

Alen-

Alendo.

ORis es ομμα ſacri, dum ſacro ſemine verbi Gene 45
Et legis ſacræ, nutris alendo Gregem.

Gregi ouium,

ORis ſunt oculi multi ſed ſunt Gregis hyrci Iud: 2.
Lethes aſt ouium, tu gregis ομμα manes

Ergo paſce oues, paſce agnos. Ioan.

DEprimogenitis es, cum canibusque Puſilli
Oris alendo Gregi, ſplendida lux ouium.
Cur ergo tutus non paſcas Numinis agnos
Heliæ nutrias, nonue benignus oues.



LOGOGRIPHVS

Dum lætus gradior, læta regione viarum
Ac hilares hilari conceptus mente reuoluo
En puer arcitenens, cælo delapsus ab alto
Oshumerosq; Deo similis venit obuius vltro
Præmissaq; mihi cælesti voce salute
Dic inquit Philomuse. SCIVS num GVRGES OLORI
Est hic : obstupui nec dicti verba resolui
Vrget dic inquit ? Miratus quæro quis esset ?
Vnde Genus ducat ? de quoue sit ordine ? risit
Et subridendo dixit : Tu nomen & ortum
Inquiris : cuius creberrima mentio Musis
Magnæ sum proles Latonæ Delphica tellus
Et claros & Thenedos, Patareaq; regia seruit
Ortum iam nosti, nunc restat, dicta resoluas
Obmutui : tacitusq; steti, mox addit Apollo
Vires, & dictum demandat soluere nodum.
GVRGES vbi Deli SCIVS Est inquiris OLORI
seruat Arena Sacros, nantes prudentis, olores.
De fonte Heliæ, nunc Gurges ibi Scius Extat
GREGORIVS nomen, doctusq; SOLECIVS altum
Est sic ô Diuine puer tua dicta resoluo
Non aliter possum nodum disoluere Dixit,
Soluisti, dictoq; Vale, celer astra petiuit.



